



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

42. Nancianum vrbs Literatorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

ipsis præstari, cum Pechino reuersus, Nanchinum intraui, eaque iam illic oculis conspexi quæ mihi in somnis obiecta fuerant, ignoranti tunc vrbs illa primaria, quænam esset quæ dormienti repræsentabatur; Nanchini consti; mansionem ibidem; perpetuam posui; Pechini deinde spebus omnium inuitis, Regis exceptus palatio, cuius mandato accitus fueram, fundai alteram Societati stationem; & supremos au-  
le Mandatinos, mitè beneuulos, & propitios habui. Vtrobique de-  
mum Nanchini & Pechini nostris diuina liberalitas impensè fuit, eo-  
rumque labores, multorum ad Christum conuersione fortunauit. Hæc  
de se Riccius, paucis ante obitum suum annis iucundè repetens, suum  
illud semper memorandum iter Nancianum, de quo huius ævi vnde  
quadragesimo anno traditum repeti, promissione illa seu fortuiti, seu  
missi potius de cœlo somnij, semper adeò confisum Ricciū, faustos  
fore progressus Pechinensis commorationis, noménque Christianum  
longe inde in Provincias spargendum, vt ea fiducia, nostrorum mæ-  
rorum erigeret, quoties à Mandarinis vexabantur. Maestri aiebat, & for-  
tes! Dei promissi, freti, certique adfuturum tempus vt qui vos modo  
exigitant Mandarinelli minorum gentium, cernant vos a Præsidibus  
Tribunalium supremorum, ipsisque in administrando imperio Regum  
Affessoribus, Collais expeti, obseruantique, & diligi, quæ vti prædi-  
xerat euenero.

Inter Sinas Australes mediterranea Chiansensis Provincia, quinque  
aliis coronatur; eius caput, & Proregis sedes Nancianum, vrbs amce-  
nissima, dupli amne cincta, quorum maximus in locum definit com-  
modum, & spatium minoribus insulis; præter hunc duo sunt intra  
vrbem angustiores lacus ad publicam voluptatem. Ciuitatis ambitus  
Florentia duplus; densa ciuium multitudo, qui spreto mercimoniis,  
toti sunt in scientiis querendis, & Literatorum gradibus atque ho-  
noribus, quo illos sublimis ingenii, eximia indoles vitro rapit; nulla  
toto regno ciuitas doctior; nulla Mandarinorum feracior; arcuum  
proinde splendore, ac numero tam frequens vt scribat Riccius nonis  
erigendis locum in vrbe defuisse. Felicitas hæc ingeniorum præstan-  
tiom Sinarum more, florem honorum, & diuitiarum in vrbem trahit;  
& accedunt è sanguine regio tam multi, vt tradat Riccius eorum  
palacia quintam vrbis partem occupasse, ciues de cœro proligit ad  
pietatem mirificè dociles, vt potest pietas Dei veri ignara constare;  
idola venerantur incredibili reverentia, censem animos esse immorta-  
les; penas & præmia defunctos æternum manere; ad stabiliendum  
salutis negorium quam iis Bonzij depingunt, proflus nihil omittunt,  
gnati licet id suis legibus minimè præcipi. Quare vitæ omnem in  
summa pletisque asperitate vivunt; quotidiam ieiunium nisi legu-  
mine, & oleribus non soluunt; pisces, lacticinia, & oua respunnt,  
ea delicias arbitrati à ieiunio alienas, in quo legens eandem sibi Ric-  
cius indixit quibus diebus Ecclesia carnibus abstinet, ne sibi Ethni-

42.  
Nancianum  
vrbs Litera-  
torum.

43.  
Idololatra-  
rum aspera  
pietas.